

Provideas inter cetera, ut fratres Dulmen. Monasterii, cum auctoritate & assensu Episcopi sui ingredientur negotium: ne si fratres sancti Albani obtineant, Episcopus idem Abbatem Monasterii se proponens, litem sospitam valeat suscitare. § PITH. 20 Clemens III. Abbatem de Euvestian. fide Evesham. Camden. pag. 326.

21 Dulmen. Monasterii, &c. Matth. Paris pag. 966. & 988.

X. CELESTINUS III. 22. [c. an. 1192. Româ in Hungariam.]

Clericus depositus incorrigibilis excommunicandus est, & successivè anathematizandus; & si sic non resipuerit, per iudicem secularem comprimensus est. Hoc dicit Abbas Siculus.

Um non ab homine b 23: Et infra. A nobis fuit ex parte tua quæstio, utrum liceat Regi vel alicui seculari persone iudicare Clericos quoscunque ordinis sine in furto, sine in homicidio, vel perjurio, seu quibuscumque fuerint criminibus deprehensi. Consultationi tue taliter respondeo, quod si Clericus in quocunque ordine constitutus, in furto, vel homicidio, vel perjurio, vel alio crimine fuerit deprehensus legitime atque convictus, ab Ecclesiastico iudice deponendus est. Qui si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet 24: deinde contumacia crescente anathematis mucrone feriri: postmodum vero si in profundum malorum veniens contemplerit, cum Ecclesia non habeat ultra quid faciat 25, ne possit esse ultra perditio plurimorum, per secularem comprimensus est postestatem, ita quod ei deputetur exilium 26, vel alia legitima poena inferatur.

23 Clemens III. Idem Strigon. Archiepiscopus.

24 Cum non ab homine. Ex 2. collect. cap. 3. de sent. excommunicat. Matth. Paris p. 216. Vvetmonast. 52. Neuburgens. p. 138. Conf. de Normand. pag. 83.

25 Excommunicari debet. Ivo part. 14. c. 51. c. penult. inf. de sentent. excommunicat.

26 Cum Ecclesia non habeat, &c. Proverb. 18. & dist. 17. c. 5. caus. 11. quest. 1. c. 29.

XI. IDEM Vinton. 26. Episc. & Abb. S. Albani. [c. an. 1192. Româ in Angliam.]

Per rescriptum impetratum contra violentum corvenitur, qui scienter succedit in exitum. Hoc dicit secundum communem modum, qui mihi placet. Panor.

Quia V. qui violentus 27 dicebatur Ecclesiam P. Clerici occupasse, defunctus est ut accepimus, & R. eam postmodum est ingressus. Præcipimus ut secundum formam priorum litterarum inter ipsos R. & P. sub eisdem iudicibus mediante ratione, sicut inter eundem P. & præfatum V. si viveret, negotium terminetur.

27 Idem Vinton. Celestinus III. Voig.

28 Violenter. Jure Pontificio unde vi interdictum in rem est & sequitur quocunque possessionem, ut actio quod metus causa iure civili l. 9. §. ut. quod vi metus causa est in personam, cap. sapè contingit. de restit. spoliatior.

XII. INNOCENTIVS III. S. Sergii & S. Gregorii Abbatibus 28. [c. an. 1200. Româ in Angliam.]

Solus Papa cognoscit de dubiis privilegiorum Apostolicæ Sedis, & non inferior.

Cum venissent 29: Et infra. Cum super privilegiis Sedis Apostolicæ causa vertatur, nolumus de ipsis per alios iudicari.

29 Idem Abbatibus. Ordinis Sancti Benedicti, Diocesis Andegavensis.

Cum venissent. Coniunge cum cap. 2. sup. de in integr. restitut.

XIII. IDEM Prælati 30 per Franciam constituti. [c. an. 1200. Româ in Galliam.]

Judex Ecclesiasticus potest per viam denunciations Evangelicæ, seu judicialis, procedere contra quemlibet peccatorem etiam Laicum: maxime ratione perjurii, vel patris fracta.

Non vit ille 30, qui nihil ignorat. [Et infra a.] Non putet aliquis, quod jurisdictionem illustri Regis Francorum perturbatione, aut minuire intendamus, cum ipse jurisdictionem nostram nec velit, nec debeat impedire. Sed cum Dominus dicat in Evangelio 31: Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripere eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium steterit verbum, quod si non audierit, dic Ecclesie: si autem Ecclesiam non audierit, sic tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Et Rex Anglie sit paratus sufficienter ostendere, quod Rex Francorum peccat in ipsum, & ipse circa eum in correptione procedit secundum regulam Evangelicam, & tandem quia nullo modo profecit, dixit Ecclesie: quomodo nos qui sumus ad regimen universalis Ecclesie superna dispositione vocati, man-

datum Divinum possimus non exaudire, ut non procedamus secundum formam ipsius? nisi forsitan ipse coram nobis, vel Legato nostro sufficientem in contrarium rationem ostendat. Non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipsum spectat iudicium, nisi forte iuri communi per speciale privilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum: sed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possimus & debemus. Non igitur injuriosum sibi debet Regia dignitas reputare, si super hoc Apostolico iudicio se committat, cum 32 Valentianus inlytus Imperator suffraganeis Mediolanen. Ecclesie dixisse legatur: talem in Pontificali Sede constituturum procuretis, cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincerè nostra capita submittamus, & ejus monita (cum tanquam homines deliquerimus) suscipiamus necessarii velut medicamenta curantis. Nec sic 33 illud humilimum omittamus, quod Theodosius statuit Imperator 34: & Carolus innovavit, de cuius genere Rex ipse noscitur descendisse. Quicumque videlicet litem habens, sive petitor fuerit, sive reus, sive in initio litis, vel decursis temporum curricula, sive cum negotium peroratur, sive cum jam cœperit promi sententia, iudicium elegerit Sacrosanctæ Sedis Antistitis, illico sine aliqua dubitatione (etiam si pars alia refragetur) ad Episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Cum enim non humana constitutioni, sed divinæ potius innitatur, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, nullus qui sit sanæ mentis, ignorat quin ad officium nostrum spectet de quocunque mortali peccato corripere? quemlibet Christianum: & si correctionem contemplerit, per distractionem Ecclesiasticam coercere. Sed forsitan dicitur quod aliter cum Regibus, & aliter cum aliis est agendum. Ceterum scriptum novimus in lege divina 35: Ita magnum iudicabis ut parvum, nec erit apud te acceptio personarum 36. [Et infra s.] Licet autem hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, ut peccatorem revocemus a vitio ad virtutem, ab errore ad veritatem, præcipue cum contra pacem peccatur, quæ est vinculum charitatis: postremo cum inter Reges ipsos reformata fuerit pacis foedera, & utriusque præstito proprio juramento firmata: quæ tamen usque ad tempus prætaxatum servata non fuerint 37: nunquid non potestis de juramenti religione cognoscere, quod ad iudicium Ecclesie non est dubium pertinere, ut rupta pacis federa reformetur? Ne ergo tantam discordiam videamur sub dissimulatione fovere, prædicto Legato dedimus in præceptis, ut (nisi Rex ipse vel solidam pacem cum prædicto Rege reformet, vel saltem humiliter patriatur, ut idem Abbas 38 & Archiepiscopus Bituricen. de plano cognoscant, utrum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit coram Ecclesia Rex Anglorum, vel ejus exceptio sit legitima, quam contra eum per suas nobis litteras dixit exprimentam) iuxta formam sibi datam a nobis procedere non omittat.

31 Noscitur. Dicitur. caus. 11. quest. 1. c. quicumque & c. volumus. 32 Servata non fuerint. Matth. Paris pag. 376. 33 Idem Abbas. Legatus a Latere, cap. 2. de probat. in 3. Collect. cap. 8. infr. eod. tit. Ideo hic Archiepiscopo præponitur.

XIV. IDEM Episcopo Helienfi. [c. an. 1200. Româ in Angliam.]

Principalis persona per se non per Advocatum debet factum proponere in iudicio, nisi sit indistincta.

34 Astoralis 34: Et infra. Statuimus præterea, ut principales persona non per Advocatos, sed per seipsas factum proponant. Nisi forte sint adco indistinctæ, ut earum defectus de iudicis licentia per alios suppleatur.

35 PITH. 34 Pastoralis, &c. Vide cap. 28. sup. de offic. & potest. iud. deleg. cap. 4. de except. cap. 3. ejusd. tit. in 3. collect.

XV. IDEM nobili viro Matthæo de R. Rivaria. [c. an. 1200. Româ.]

Si actio & intentio sunt ineptæ, vel sola intentio, debet reus absolvi ab instantia iudicii: iterum tamen actor audietur, si apte egerit. Hoc dicit quoad intellectum.

36 Examinata 36 causa 35, quæ vertitur inter te & Milites Campaniæ 37: [Et infra a.] Actionem, quam super iure patronatus ejusdem Ecclesie contra præfatos Milites intentabas, incongruenter cognovimus & ineptam 38. Quia cum testes iudexeris ad probandum quod quando præfatus A. vicedominus Ecclesiam eadem tanquam questrantem accepit, tu jus patronatus ipsius Ecclesie possidebas: profecto nec rei vindicationem intentare, nec ipsius restitutionem poteris postulare. Unde intentionem tuam in hac parte pronunciamus non tenere, abolventes eodem Milite ab eadem. Ita tamen quod si congruentem & aptam intentare volueris actionem 39, responde re tibi nihilominus teneatur.

37 Super Ecclesia S. Angeli de Casa parata, actis confessionibus & attestationibus intellectus, inspectis instrumentis, & allegationibus indagatis, perpendimus evidentem arbitrium quod contra te Vicedominus Sabin. dicebatur super eodem negotio promississe, contra formam iuris, & compromissum suum declaratum. Veram non obstante confirmatione se. me. C. p. p. n. qui confirmaverat illud, sicut proinde latum fuerat, & ab utraque parte receptum, decrevimus ipsum irritum & inane.

38 PITH. 35 Examinata causa, &c. Vide cap. 7. inf. de confirmat. uti. vel inuti.

39 Actionem. Interdictum uti possidetis.

XVI. IDEM Magistro & fratribus militie Templi in Italia constituti. [c. an. 1200. Româ.]

Præceptores Tempii pro domibus suis agere & defendere possunt, nec obstant eis religio, vel quod igitur sit eorum origo.

30 Idem deputati; ut supra. Accipimus, quod quidam, tam seculares, quam Ecclesiastici iudices, illos, quos habetis in domibus vestris præceptores 31 in causis ad prosequendam suam iustitiam non admittunt, tanquam licitum non sit eis super litigiosis negotiis curam gerere, qui pacificis decreverunt studii inhere, illud allegantes in repulsionem eorum quod eorum ipsi generatio non est nota: qui undeque venerint gratia divina vocati, dum laudabiliter exequantur officium sui Ordinis, ex superabundanti requiritur fuz notio nationis. Ne quis igitur in prosecutione casuum Præceptores eisdem agendo vel respondendo occasione huiusmodi repellat, auctoritate præsentium inhibemus.

31 PITH. 37 Præceptores. Gallicè Commandeurs du Temple.

XVII. IDEM Vereellen. Episcopo, & Abbati de Toletto 38. [c. an. 1200. Româ in Pedemontium.]

Prælati debent Laicis de Clericis appellatione frustratoria non obstante, iustitiam facere: ad seculares tamen forum Clerici a Laicis trahi non debent, etiam datâ ipsorum Prælatorum negligentia.

Qualiter & quando: Et infra. Præcipiatis ex parte nostra Prælati, ut Laicis de Clericis conquerentibus plenam faciant iustitiam exhiberi. Non obstantibus appellationibus frustratoriis, que in eorum gravamine Clerici frequenter opponunt. Ne pro defectu iustitiæ Clerici trahantur a Laicis ad iudicium seculare: quod omnino fieri prohibemus.

38 PITH. 38 De Toletto. V. C. 2. Tilletto, fortè Thillieto, Ordinis Cisterciensis, Aquensis in Lombardia Diocesis.

XVIII. IDEM 39. [c. an. 1200. Româ in Galliam.]

Judex habens ut prius penè consimilem causam, quam habet ut Judex, a iudicando renoveatur. Hoc dicit.

Causam 40, quæ inter Abbatem & Conventum Vinton. 40, & Archidiaconum Carnoten. super quibuldam Pars II.

21 Est autem pars cap. cum non ab homine, infr. de sentent. excommunicat. cap. 3. eod. tit. in 11. Compil. Vide Covarruviam in c. alma mater, par. 1. res. lect. §. 8. nu. 8. & Bernard. Dias de Luco in pract. crim. c. 21. §. seq. c. aliquo.

22 Veniens hæc omnia cont. quod ei de pteur pena exili.

23 Ita in omnibus manserit, ad feriat, ut indignatur.

24 Cap. 4. eod. tit. in 11. Compil. unde lumenda in scripto.

25 Rectè addit. Compil. & Cantori Andegavensi.

26 Cap. 2. eod. tit. in 111. Compil.

27 Archiepiscopi & Episcopi.

28 Cap. 3. eod. tit. in 111. Compil.

29 Vide Ja. Lup. tra. de confes. princ. memb. 1. 11 Matth. 18.

30 In aliquot antiquis, idem Parisiensi Episc. & Decano.

31 Cap. 1. eod. tit. in 14. Compil.

32 In aliquot antiquis, idem Parisiensi Episc. & Decano.

33 Cap. 1. eod. tit. in 14. Compil.

34 In aliquot antiquis, idem Parisiensi Episc. & Decano.

35 Cap. 1. eod. tit. in 14. Compil.

36 Cap. 1. eod. tit. in 14. Compil.

37 Cap. 1. eod. tit. in 14. Compil.

38 Cap. 1. eod. tit. in 14. Compil.

39 Cap. 1. eod. tit. in 14. Compil.

40 Cap. 1. eod. tit. in 14. Compil.

procuracionibus vertitur, vobis & Archidiacono Parisen. meminimus commississe. [Et infra a.] Quia vero cum eundem Archidiaconum similis penè causa 41 contingat, nimis favorabilis parti alteri videretur, nos te fili Decane loco ipsius Archidiaconi subrogantes: mandamus, quatenus (non obstantibus prioribus literis) in causa 42 ratione prævia procedatis.

41 Idem deo Abbas & conventus nolentes parti alteri respondere, nisi eos primo consulerent secundum privilegia Rom. Pontificis, indulta Monasterio eorumdem, dicitur. Ab. ejusdem Monasterii Monacho, propter hoc ad Sr. Ap. transmiserunt, nihilominus supplicantes, quatenus se fili Decane loco Parisen. Archidiaconi subrogare ad defensionem ipsius negotii dignarentur.

42 PITH. 39 Idem. Episcopo vel Decano Parisensi.

43 Vinton. Vinton. vel Vindocinensi Ordini. S. Benedicti. Diocesis Carnot.

44 Similis penè causa. Vide cap. 14. infr. de censib. & c.

XIX. HONORIUS III. Archiepiscopo 42 Remeni, & Decano 43 Colon. Diocesis. [c. an. 1200. Româ in Galliam.]

Si iudices de principali & exceptionibus præjudicialibus simul cognoscant, vel super principali lite non contestata testes recipiant, licite ab eis appellatur.

45 Exhibita nobis R. Virdunen. electi petitio, declaravit, quod cum super facta electionis sue, H. Archidiaconus ac quondam Canon. Virdunen. 46 adversariorum suorum procuratores ad nostram audientiam 47 accessissent, Parisien. Episcopo & conjudicibus suis sub certa forma litteras nostras direximus inter alia continentes, ut vocati, qui forent evocandi super propositis & aliis negotiis contingentibus inquirerent veritatem: [Et infra a.] Cum autem idem electus, quibusdam ex his, qui contra eum agebant, conspirationem, & quibusdam excommunicationem in modum exceptionibus objiceret, se id offensus probaturus: præfati iudices interlocuti fuerunt, quod de his & principali negotio simul inquirerent, nolentes, quasi non iudices, sed inquisitores existerent, super dictis exceptionibus ipsius electi probationes admittere: sed pervertendo juris ordinem, de præmissis exceptionibus & principali pariter se inquirere intendentes, & procedentes etiam ad receptionem testium lite nondum super eodem negotio contestata. Quare præfatus electus nostram audientiam appellavit. [Et infra s.] Quia vero non in modum inquisitionis sed committentis negotium exiti delegatum; mandamus, quatenus si ex dictis gravaminibus vel aliquo ipsorum appellationem constitit, revocato in irritum quicquid post appellationem huiusmodi inveniris attentatum, in causa ipsa, iuxta priorum continentiam litterarum, ratione prævia procedatis.

46 Et testes quos non nominari contingeret iuxta consuetam Ecclesiam formam, ad testimonia compellingdo, & præfatis partibus terminum competentem, quo per se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui præsentarent, iustitiam sententiam recepturam. Partibus ergo citatis non suis processum in aliquo prima die, & cumque decem de parte adversa secundo termino comparerent, & fuissent, si electioni se opponerent, iure requisiti, septem eorum respondere volentibus ad agendum tres se residui obtulerunt.

47 Humiliter supplicans ut cum littera ad ipsos iudices obtenta, non inquisitionem sed commissionem sapiant, prout apparet ex contenta eorumdem, quod ab ipsis factum est post app. ipsius revocare in irritum & causam aliam committere dignaverunt.

PITH. 42 Archiepiscopo. Archidiacono.

43 Brinesfi. Bituricensi, vel Abbati S. Martini, Archidiacono Remensi, & Decano Burenfi. Colon. Diocesis. Vvaldebourg. pag. 244. 345. 347. 348. 349.

XX. IDEM Magistro Tancredo Canonico Bononien. [c. an. 1220. Româ in Flami-niam.]

Lapsu trienni non obstante, potest delegatus in causa sibi commissa procedere.

Venerabilis 44 frater noster Archiepiscopus Ravennas proposuit coram nobis, quod cum decimo caule, quæ inter ipsum & communitatem Cervie 45 super jurisdictione civitatis Cervie, & quibusdam alii articulis vertitur, sit per subterfugia & cavillationes eorum per triennium prorogata: dicti Cervien. afferentes instantiam iudicii per decursum trienni perisse, respondere sub tuo examine recu-laverunt: [Et infra a.] Mandamus, quatenus exceptio-ne huiusmodi non obstante, in negotio isto procedas iuxta traditam tibi formam.

44 Consuetis tergiversationibus processum impediendes dicte causæ. Nolentes igitur ut eiusdem causæ decurso ulterius prorogetur præsentiam tibi auctoritate.

PITH. 44 Venerabilis, &c. Rubens pag. 274. 281. 289. 290.

45 Cervia. Cervicenses.

41 Vide l. litigatores. D. de arbit.

42 Distant hæc verba: in causa: Alii ita: in negotio.

43 In omnibus vestibus Inno. III. Arch. Remeni.

44 Et Decano Berlmenf. Colmen. Diocesis.

45 Et Brunesf. al. Benevenf. al. Bituricenf.

46 Virdunenf.

47 Præsentiam.

48 Vid. l. ad legatum, & l. ad rem mobiliem. De procurat. & l. 2. D. de jurisd. omni. jud.